



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Materia Lectionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

Ex lib. 3. de Imitatione legi potest c. 56.

Ex libello Exercitiorum verò legi possunt tres Gradus Humilitatis in hunc modum à S. Ignatio propositi.

Primus Humilitatis modus hic est ad salutem necessarius ut me penitus subdā divina legi observanda, utque mundi quidem totius oblato mihi dominio, & extremo discrimine objecto, transgrediar ex deliberato Mandatum ullum divinum, aut humanum, quod quidem peccati talis Vinculo nos obliget.

Secundus majoris est perfectionis, ut fixo animo ad divitias, paupertatem, honorem, ignominiam, brevitatem ac longitudinem, aequè sim propensus, ubi aequalis est detestatio laudis & salutis mea occasio, utque nulla vel humana quocumque tacumque felicitatis, vel propriae mortis conditione propensius adducar unquam, ut culpam, licet venialem tantum carnā admittere.

Tertius est modus humilitatis absolutissima, ut prope iam duos adeptus, etiam si nullo superaddito laus DEI periret, ad majorem tamen imitationem Christi, eligam pariter cum copauere, spreto, & illuso, paupertatem, contemptum & insipientia titulum complecti, quam opes, honores, & sapientia affirmationem.

Porro circa hos tres gradus rectius intelligendos, sequentia breviter annotasse proderit. Primò finem eorundem esse, ut omnium præteritarum Meditationum fructus in rospendium redigantur, & proposita in eis facta confirmemur, unde S. Ignatius eorum considerationem non pro speculativa Meditatione præscripsit, sed solummodo per vices, totò decursu, recolere eos iussit.

Secundò totam perfectionem Christianam in his tribus gradibus contineri, atque adeò primum viæ purgativæ, secundum illuminativæ, tertium unitivæ respondere.

Tertiò. Eisdem gradus appellari à S. Patre modos humilitatis, eò quòd humilitas, licet immediatus ejus finis sit, effectum propriæ excellentiæ moderari, per hanc tamen considerationem conetur perfectè hominem subjicere DEO, & mandatorum perfectam observationem disponere.